Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8408
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

.L.

propter peccatum ydolatrie decem tribus in captiuitatem
sunt deducte et inter montes caspios collocate
Nec umquam inde reducte Nec deinum potuerunt
racam diuinam mitigare. Sed per Allexandrum
deo miraculose operante adeo sunt conclusi ut iam
non possint exire. Item duabus tribus alijs deum offen-
dentibus in Babiloniam sunt translate Et per annos
septuaginta sunt ibi in captiuitate detente Item
ille due tribus de captiuitate reducte quia non ces-
sauerunt peccare. Sed christum dominum occidere
ipse in quodam pastate de urbibus eiectis Eos in
Hyerosalem adduxit quibus deductis ad obsi-
dionem titus aduocauit et gladio simul et
fame undecies centena milia interfecit. Et
nonaginta milia qui remanserant ex eis uen-
di et per uniuersum mundum dispergi mandauit
Nec ullus eorum sacrificijs placare usque nunc potuit
Si ergo sic fecit populo quem elegit. Quid fac-
turus est eis quos ab inicio spreuit quos con-
tra naturam oliue inseruit. Quere multa supra ubi os-
tenditur quod deus est summe iustus Et ubi de diuino
iudicio agitur Et ubi de morte eterna tractatur
Omnia enim que ibi posita sunt exempla sunt incus-
siua timoris ad penitenciam disponentis :

De penitencia et utilitatibus eius. Rubrica

.VI.

Penitencie sacramentum qua emendamus quod ma-
le est perpetratum. Secunda est tabula post naufra-
gium. Quia sicut baptismus est contra originale
peccatum ex uicio nature contractum Sic penitencia
est contra actuale peccatum delictum libera uoluntate
commissum penitenciam esse posuerunt omnes antiqui
philosophi etiam fide pagani. Nam sicut deum esse cognoue-
runt sic etiam peccatis offendi posuerunt Et ideo pro
diuina offensa penitendum esse docuerunt. Est ergo
sciendum quod penitencia est bonorum omnium plantatiua
et uiuificatiua siue mortis expulsiua Est etiam